

Item / duas pecies¹³ agri, in vulgari, zwai mal dictas, jn a w a s a r i n a s c a¹⁴ sitas, quarum vna pecies agro olim R u o d o l f f i² de o r t e n s t a i n contiguatur, Alia uero pecies, agro cappelle sancte Marie Magdalene, confinatur.

Item vnam / peciem agri vlgariter ain mâl dictam prope Giraetsche¹² sitam, agro Monasterii sancti Lucij confinantem.

Item vnam / peciem vlgariter ain mâl agris olim Bartholomei vicedomini jn Cur contiguantem.

Item vnum iugerum agri / jn Rufinacia¹⁵ situm, a parte superiori pascue communi, a parte uero inferiori agris olim gaudencij Saubonen confinans

Item duo iugera agrorum et duas secaturas prati, in praserin¹⁶ situata, a parte anteriori vni agro / air nauantz¹⁷ dicto, a parte uero posteriori agro olim Dietrici de rouents contiguancia.

Item duas secaturas prati in Tyde¹⁸ a parte infima situatas, versus renum auge¹⁹, et a parte superiori, prato Monasterii sancti Lucii / confinantes,

Que omnia bona iam designata et descripta, suprafatum Monasterium fabariense et sui successores iure proprietatis et titulo perpetue possessionis ut prefertur, cum suis pertinencijs fructibus, iuribus, et emolumentis / vniuersis, nunc et inantea quiete habere et tenere debeat, atque debet, et pacifice possidere, Debetque deinceps, prefatus R u o d o l f f u s² de R o s c h a c h aut eius uxor legitima vrsula prescripta, qui eciam pro se, et nomine / dicte vrsule prescripte, iam specificatis bonis, manualiter ad manus nostras, cessit, et resignando eadem pro se, et ipsorum heredibus iudicialiter coram nobis renunciavit, petens iamdicta bona, per manus nostras, ad manus / et potestatem dicti Monasterii Fabariensis illico, et manualiter plena libertate transferri, quod etiam nos actualiter et sollempniter de iure et de facto, quibus fieri potuit, et debuit fecimus, dicta bona, in proprietatem et possessionem / dicti Monasterii Fabariensis transferendo, jta videlicet quod dictus R u o d o l f f u s² de R o s c h a c h; et vxor eius legitima vrsula prescripta; et ipsorum heredes, nunc et in antea; jn iam dictis bonis, nichil iuris penitus sibi vindicare / valeant nec habere, quouis quesito ingenio vel colore,